



1728

1. Beckius, Caspar Schabius : Programma, praedicationis tunc privatae super Joannis Schilleri institutiones juris canonici ad ecclesiae veteris et hodiernae statum accommodatas praemissum.
2. Beckius, Caspar Schabius : De insolubili fidelitatis et subjectionis nexu.
3. Beckius, Caspar Schabius : De eo, quod justum est circa emigrationem civium religionis causa factam. occes. artic. I. § 27, 30, 31, 34, 36, 37. Inst. pae. West.
4. Beckius, Caspar Schabius : De obligatione ad cedendum in via publica.
5. Beckius, Caspar Schabius : De consensu feudali.
6. Bruncknerus, Gunt. Hieron., fac. jur. Decanus : ad dispensationem solennem . . . Ludovici Christianus Schmidtii habendam . . . invitat simulque occes illius quaestio nem : An in usu fore obtineat, quando ceras inter privatos occurrunt, nec communis, nec singulari fore decisus? tractandam sumit.

1728.

7. Bructernus, Guil. Hieron, trad. jur. Decanus: De jure
reali jusque actionibus et speciebus occasione
disputationis solennis . . . et Johanne Davide
Spalding . . . propositae . . .
8. Bruniquellus, Jo. Salom: Prolocutio auspicialis: De
praecipuis solidioris jurisprudentiae imperimentis,
praemissa recitationibus publicis.
9. Bruniquellus, Jo. Salom: De ictis eriscentis sive miscel-
lionibus, quorum fragmenta in Digestis supersunt, prolesio
academica, ventilationi compendii Lanterbachiani . . .
praemissa.
10. Hoffmannus, Joh. Tobias: Observationes IV ad tit. leges
Codicis.
11. Wildvogelius, Christ.: de controversa jurisdictione eccle-
siastica principum imperii in diversae religionis sub-
ditos.

1728

12^a Wildvogelius, Christianus: De rebus altioris indaginis
2 Grad. 1728^o 1757.

13. Wildvogelius, Christianus, ord. jur. dec. protocellarius:
Programmum inaugur.: De more majorum et l. p. p. p. p.
d. jur. et jur. facti solenni Ischam Frederici Phassa
praemissum.

14. Zimmermann, Dr. Liborius: De actuum humanorum
moralitate ~~non~~ nec non de obligatione juris, legibusque
strictis dictis.

15. Wildvogelius, Christianus, ord. jur. protocellarius: De officio
jus dicentis latissimo ad l. l. d d. juris dict. Programm.
(acti solenni Theodori Augusti Sehelesi praemissum)




252 376
1728,9
IO. SALOM. BRVNNQVELLI, D.

IVRIVM PROF. PVBL. EXTRAORDINARIJ, COLLEGIORVM
IVRIDICORVM ASSESSORIS, NEC NON CVRIAE
PROV. SAXON. ADV. ORDINARIJ,

PROLVSIO ACADEMICA
DE

ICTIS ERCISCVNDIS
SIVE MISCELLIONIBVS,
QVORVM FRAGMENTA IN DI-
GESTIS SVPERSVNT;

VENTILATIONI
COMPENDII LAVTERBACHIANI
PERMISSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN
ACADEMIA IENENSI
PVBLICE INSTITVENDAE
PRAEMISSA.



IENAE, LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI
M DCC XXVIII.

IO. SALOM. BRUNNOVELL, D.

IRVVM FROE IVAL. EXTRAORDINARI, COLLEGIORVM
IVRIDICORVM ABBORIS, NEC NON CIVILIS
PROV. SAXON. ADV. ORDINARI

PROVISO ACADEMICA

DE

ICTIS ERISCANDIS

SIVE MISCELLIONIBVS,

QVORVM FRAGMENTA IN DI-

GESTIS SUPERVNT,

VENTILATIONI

COMPENDII LAVTERBACHIANI

PERMISSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

IN

ACADEMIA IENENSI


PUBLICE INSTITVENDAE

PRAEMISSA



IENAE, LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI

M DCC XXVIII



PROLVSIO ACADEMICA

DE

ICTIS ERCISCVNDIS SEV MISCEL-
LIONIBVS, QVORVM FRAGMENTA IN DI-
GESTIS SVPERSVNT.

I.



Vanto minus eruditi, propter na-
turalem hominum ad dissentien-
dum facilitatem *a)*, uti VLPPIA-
NVS ex nostris loquitur *b)*, in
plerisque doctrinis ac quaestio-
nibus inter se conveniunt: Tan-
to magis prudenti annitendum

In causa
controuer-
sa vir pru-
dens me-
diam ut
plurimum
sequi debet
sententiam.

est viro, ut, quid in re controuersa sequendum,
quidue fugiendum ei sit, probe cognoscat atque
eruat. Optima autem ac regia, meo quidem iudi-
cio, hac in re ille mihi incedere videtur via, qui er-
ciscundorum ICTorum & eclecticorum Philosopho-
rum morem tenet, & in nullius magistri verba cum
HORATIO: *c)*

A

Ac

*Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus iurare in verba magistri.*

iurat; sed, uti veteres Icti Romani, magna illa nomina! fecerunt, mox Cassii, mox Proculi sententiam amplectitur, mox etiam ab utroque recedit, & cum Paulo Icto *d*), vel sacratissimo imperatore nostro *e*) medietatem quandam sequitur; licet enim, monente FERANDO ADDVENS Icto Mediolanensi *f*), non mediam semper, uti quidem ACCVRSIVS, ANGELVS aliique veteres iuris Iustiniani in terris occidentalibus restauratores atque interpretes volunt *g*), sed eam sequi debeamus sententiam, quae vera est, quaeque grauioribus & firmioribus nititur rationibus: tamen mediam ut plurimum esse iustiorum atque aequiorum, quippe quae excessum fugit, defectum vero supplet, quilibet, qui in quaestionibus controuersis diuersas diuersorum sententias iusta lance ponderabit, facile subintelliget. *h*)

a) Unde PLINIVS Lib. VII. epist. 9. Ut terrae, ait, variis mutatisque seminibus; ita ingenia nostra nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur, & MAXIMVS TYRIVS diff. 1. Bonum non omnibus idem, dicit, non simile malum, non turpe, non honestum. enim vero leges & iura maxima inconstantia turbantur, distracta & dilaniata, non modo quod genus cum gente in his minime conveniat, sed nec ciuitas cum ciuitate, nec familia cum fa-

milia, nec homo cum homine, nec idem cum se ipso. Ut & PERSIVS Satyr. V.

Mille hominum species, & rerum discolor usus,
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

b) in L. 17. §. 6. D. de receptis. *c*) Lib. I. epist. 1. vers. 13. *d*) in L. 3. D. si pars hered. petatur. *e*) in §. 25. l. de Rer. Diuis. *f*) Lib. II. Explicat. iur. ad §. 25. l. de R. D. *g*) ad L. adeo 7. §. 7. de A. R. D. *h*) hinc recte

RADVL-

RADVLPHVS FORNERIVS I. *Rei. Quotid. c. 24. A variis varie tractatum scio, inquit, vulgarem illam iuris nostri quaestionem, virum quis posset sine accusatore damnari. Corrafius epistol. quaestion. libro singulari, communem opinionem secutus, absolute tradidit, neminem absque accusatore damnandum. Duarenus contra sentit Anniuers. Dissut. L. 1. c. 38. Ego vero medius inter utramque sententiam, & more Stoicorum*

circiscundus, sic videor eam quaestionem rectius definire posse, neminem sine accusatione, vel eo, quod accusationis vice fungatur, esse condemnandum. conf. IOSEPHVS NERIVS Lib. 1. Analect. c. 30. GABRIEL VALLVS Ictus Gallus in Libro singulari ad L. 29. D. de lib. & posthum. §. & quid si. & GEORG. CONRAD. CRVSIVS in Diatriba ad L. 40. de hered. institut. quae Tom. I. Thesaur. Iur. Ciu. pag. 661. reperitur.

II.

Quae cum ita sint, mediam ut plurimum sententiam a prudentioribus fuisse electam, rerum gestarum monumenta nos edocent. Quodsi enim Curiae Romanae, totius terrarum orbis oraculi, aeta curioso perlustramus oculo, inter diuersas Patrum & Senatorum consultationes ac sententias illam plerumque fuisse electam atque approbatam, quae media fuit, deprehendimus. Sic apud LIVIVM a), cum P. Cornelius, cui Asinae cognomen erat, omnem exercitum e Capua Romam, quo Annibal proficiscebatur, reuocandum censeret; contra vero Fabius Maximus, neminem a Capua reuocandum, contenderet, P. Valerii Flacci sententia, quae media fuit, vicit; is enim, ut alter Consulum cum parte exercitus Capuam obsideret, alter ad Romam contra Annibalem defendendam accederet, suadebat. Pari modo, cum apud eundem b) priuati

Mediana sententiam in Curia Romana fuisse saepius electam, probatur.

peterent tertiam illius pecuniae pensionem, quam M. Valerio & M. Claudio Consulibus in bellum Punicum mutuam dederant, Consules autem id negarent, quod ad Macedonicum bellum, quod magna classe magnisque copiis parabatur, vix aerarium sufficeret, Senatus, quod medium inter aequum & utile erat, decreuit; nam eis agrum publicum concessit ea conditione, ut si quis, cum soluere posset populus, pecuniam habere, quam agrum mallet, agrum populo restitueret. Nec minus Syracusanum Senatum in diuersis Patrum sententiis mediam ele- gisse, DIODORVS SICVLVS c) auctor est; Cum enim Nicolaus captiuos Athenienses liberandos esse censeret; Gylippus autem omnes necandos, mediam Dioclis sententiam, nimirum ut duces tantum ne- carentur, alii vero diuiderentur, probatam fuisse, scribit. d)

a) Lib. XXVI. c. 8. b) Lib. ADDVENSIS Libro II. explic. XXXI. c. 13. c) Lib. XIII. Bibl. Iuris, qui Tom. II. Thef. iur. Ciu. d) plura exempla FERANDVS p. 497. reperiuntur, recenset.

III.

Mediam
sententiam
etiam Im-
peratores
secuti sunt.

Eandem Imperatores Romani in arduis ple- risque iuris quaestionibus adhibuerunt prudentiam, & cum, utriusque sectae rationes momentum par habere, illis visum fuerit, per mediocritatem quan- dam, ut PAVLLVS ICTVS a) loquitur, ICTorum contro- uersias suis rescriptis & constitutionibus direme- runt. quo etiam TERTVLLIANVM respexisse, quan- do ait b): *Nonne & vos quotidie experimentis illuminan- tibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem, & squal- lentem sylvam legum, nouis principalium rescriptorum &* edicto-

edictorum securibus truncatis & caeditis? recte mihi EMVNDVS MERILLIVS c) dixisse videtur. Sic sacratissimo Imperatori IVSTINIANO in materia de specificatione post multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem media placuit sententia, existimantium, utrum noua species ad sua possit redigi initia nec ne? & in priori casu domino, in posteriori vero specificanti nouam speciem adiudicauit.

a) in L. 7. D. ut legat. & fidei-
commis. seru. causa cau.

b) in Apologet. cap. IV. c) in
§. 25. I. de Rer. Diuis.

IV.

Quodsi e Curis & Principum aulis in Medicorum & philosophorum scholas eamus, eriscundos illos in grauissimis fuisse quaestionibus, deprehendimus. Sic medietatem illis, qui corpora curant, A. CORNELIVS CELSVS Medicorum Cicero commendat, cum ait a): *Cum haec permulta volumina perque magnae contentiois disputationes a medicis saepe tractata sint atque tractentur: subiiciendum est, quae proxima vero videri possint, neque addicta alterutri opinioni, neque ab utraque nimium abhorrentia, sed media quodammodo inter diuersas sententias. Quod in pluribus contentionibus deprehendere licet, sine ambitione verum scrutantibus, perinde ut in hac ipsa re. & summos philosophos ut plurimum eclecticos fuisse, historia philosophica nos edocet. Prae ceteris autem Stoici, quibus familiare erat, μέσσην ὁδὸν τεύχεναι, media incesferunt via & veritate magis superari, quam auctoritati cedere maluerunt. b)* Ita enim SENECA philosophiae Stoicae facile princeps: *Non enim me cui-*

Philoso-
phos inpri-
mis Stoicos
Erciscun-
dos fuisse,
probat.

quam, ait, mancipavi, nullius nomen fero, multum magnorum virorum iudicio credo, aliquid & meo vindico c). Idem alio loco d) sectariam eruditionem his verbis damnat: Nihil magis praestandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes, non quo eundem est, sed quo itur: atqui nulla res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur, optima rati ea, quae magno assensu recepta sunt, nec ad rationem, sed similitudinem vivimus. Vnde Stoicos Pythagoreos inter & Platonicos medium secutos esse, SERVIVS indicat e), dum scribit: *Quam Stoici eriscundi, id est medium scuti, tandem durare dicunt, quamdiu durat & corpus: & postea: Ideo autem Stoicos medium sequi diximus, quia Plato perpetuam dicit animam, & ad diversa corpora transitum facere statim, pro meritis vitae prioris; Pythagoras vero non μὲν ἀθάνατον sed πάλιν ἀναστάντα esse dicit, hoc est reddere, sed post tempus.*

a) Lib. I. De Medic. in praef. cap. I. e) ad Lib. III. fat. b) uti Tacito Plinius I. Aeneid. v. 68. confer. EMVN. epist. 20. rescribit. c) epistola DVS MERILLIVS Lib. I. Ob. XLV. d) libro sing. de vita seru. c. 6.

V.

ICti Romani, qui Diuorum fratrum & sequitis temporibus floruerunt, Stoicorum placitis addictissimi fuerint a), haud mirandum est, quod nulli sectae & familiae sese mancipauerint, sed diuersas Sabinianorum & Proculianorum sententias per viam mediam conciliauerint, quaeque solidioribus & firmioribus illis niti videbantur principiis, elegerint. De quibus ICTis Eriscundis, Miscellionibus

Cum itaque ICti Romani, qui Diuorum fratrum & sequitis temporibus floruerunt, Stoicorum placitis addictissimi fuerint a), haud mirandum est, quod nulli sectae & familiae sese mancipauerint, sed diuersas Sabinianorum & Proculianorum sententias per viam mediam conciliauerint, quaeque solidioribus & firmioribus illis niti videbantur principiis, elegerint. De quibus ICTis Eriscundis, Miscellionibus

nibus & mediis, quorum sententiae in Digestis superfluit, cum quidam iuvenes Generosi atque Nobilissimi, quibus etiam non amicus Proculus, nec Cassius, sed magis amica veritas est, Compendium Pandectarum Lauterbachianum me duce publice ventilare in animum induxerunt suum, Prolusionis loco tractare constitui *b*); & ut hoc ordine fiat, primum, undi hi Icti Erciscundi, Miscelliones & medii dicti fuerint? ostendam, mox ipsos Ictos Erciscundos, Miscelliones seu medios recensebo, & denique, quomodo medietatem obseruauerint? ex ipso iuris nostri corpore, quantum fines Prolusionis Academicae patiantur, monstrabo.

a) vid. §. 7. & 8. Dissert. Histor. nostrae Jur. Rom. Germanic. praemissae. *b*) Edidisse equidem STEPHANVM MORINVM peculiarem, de Ictis Erciscundis, diatribam, quidam volunt, sed cum ad manus meas illa non pervenerit, quid in ea Morinus praefluerit? iam

dicere non possum. Nec minus Dn. GOTTFRIED MASCOVIVS in exercit. inaug. De Sectis Sabinianor. & Proculianorum in iure civili §. XXX. de Miscellionibus Ictis, se ex professo tractare velle, promisit, cuius tamen scriptum haecenus expectamus.

VI.

Ad primum itaque Prolusionis huius caput quod attinet, Romani Icti, quos in Scenam producunt, erciscundi vocantur, quasi diuidentes, a priscis vocabulis *herctum* siue *erctum*, & *ctum* *a*), quorum illud idem erat, ac coercitum, id est integrum, indiuisum, hoc vero ab antiquo verbo *cico* seu *cio*, quod a Graeco *κίω* & *κίω* deriuatur, descendit, ex quibus Romani deinceps unum verbum nimirum

erci-

Quare hi Icti Erciscundi dicti fuerint?

erciscere, id est diuidere, confluunt, & *familiam erciscere*, id est hereditatem integram & indiuisam diuidere, *ICui erciscundi*, scilicet qui inter duos dissentientes mediam quodammodo viam eligunt, dixere *b)*. Sic enim in Legibus Decemuiralibus ex restitutione IACOBI GOTHOFREDI *c)* cautum fuit: NOMINA INTER HEREDES PRO PORTIONIBVS HEREDITARIIS ERCTA CITA SVNTO, CETERARVM FAMILIAE RERVM ERCTO NON CITO, SI VOLENT HEREDES, ERCTVM CITVM FACIUNTO, PRAETOR AD ERCTVM CIENDVM ARBITROS TRIS DATO. Nec minus idem verbi *erciscere* significatus apud FESTVM *d)*, GELLIVM *e)*, DONATVM & ISIDORVM *f)* occurrit. FESTVS enim, *Erctum*, ait, *citumque fit inter coheredes, ut in libris legum Romanarum legitur*; GELLIVS vero, *sed id quoque*, inquit, *non praetereundum est, quod omnes simul, qui a Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quod quisque familiae pecuniaeque habebat, in medium dabant, & coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum consortium, quod re atque verbo appellabatur ERCTO NON CITO. DONATVS interpretaturus illa VIRGILII: g)*

- - citae Metium in diuersa quadriga
Distulerant

addit: *citae, id est diuisae, ut est in iure ERCTO NON CITO, id est, patrimonio vel hereditate non diuisa. ISIDORVS denique, familia erciscunda, inquit, est diuiso hereditatis inter heredes, herciscunda enim apud veteres diuiso nuncupatur.*

a) SAL-

a) SALMASIVS equidem ad Solinum p. 1262. erectum idem esse ac hereditatem, putat. IANVS VINCENTIVS GRAVINA ad LL. XII. Tab. herctum idem esse ac herctum, quod veteribus bonum significavit, contendit. IMO ANTONIVS MORNACIVS in Obseruat. ad L. 12. C. fam. ercisc. non alia ratione dici ercisci hereditatem, nisi quia post diuisionem possidere tunc, fruique unusquisque heres incipiat, vallo facto saepissime, atque instructis utrimque sepibus, petutumque inde vocabulum *ἐκ τῆ ἐπιου* quod seipsum est, sibi persuadet; sed cum nullus horum coniecturam suam testimoniis veterum probauerit, merito illae reiiciuntur, v. VOSSIVS in Aetymolog. voce *erciscere*, SCHILTERVS Exercit. ad *æ*. XX. th. 69. IOAN. VOETIVS de familia *erciscunda* C. I. B. 5. PETRVS BURMANN in notis ad Petronium p. m.

664. & doctiss. HEINECCIUS in Syntagm. Antiqu. Rom. ad Tit. I. de obligat. quae ex quafu contractu &c. nec non in Elem. Iur. Ciu. secundum ordinem *æ*. sub tit. familiae *erciscundae*. b) Reprehendit quidem SALMASIVS l. c. Tribonianum, quod, seculi deceptus barbarie, phrasin hanc: *familiam erciscere* excogitauerit, sed illam non solum apud CICERONEM l. de orat. c. 6. (ubi tamen pro ercisceri PETRVS VICTORIVS Lib. 35. Var. lection. cap. 1. erectum cieri recte legit) & pro Cæcinnâ cap. 7. nec non APVLEIVM Metamorphof. VI. sub extremum, sed etiam apud PAVLLVM Lib. I. sentent. Tit. 18. & apud VLPIANVM tit. XIX. fragm. §. 16. occurrere, magnus ille criticus scire debuisset. c) Tab. V. d) voce *erctum citum*. e) Lib. I. c. 9. f) L. V. Orig. c. 25. g) Aeneid. VIII. v. 642.

VII.

Dicuntur etiam hi ICti, de quibus tractare institui, Miscelliones, quia non certae fuerunt sententiae, sed id, quod iustum & aequum illis visum fuit, secuti sunt; ut FESTVS vetus Grammaticus a): *Miscelliones*, ait, *appellantur, qui non certae sunt sententiae, sed*

Vnde hi ICti Miscelliones dicti fuerint?

B

vario-

variorum mixtorumque indiciorum. Hinc apud VAR-
RONEM b): *Miscellum genus columbarum & miscellae*
vites, quae omni agro conueniunt, omnibusque
aliis vitibus utiliter miscentur, apud SICVLVM
FLACCVM c): Aes miscellum, apud APVLE-
IVM d): Turba miscellanea, apud SVETONIVM e):
Ludi miscelli, qui interprete TORRENTIO
ad nullum certum genus ludorum Scenicorum,
sive argumentum, sive scenae instrumenta & ap-
paratum spectes, referri possunt, qui ludi IUVENA-
LI f) vocantur miscellanea:

Sic veniunt ad miscellanea ludi,

occurrunt. Eodem modo lex miscella, non a Iulio
Miscello, uti barbaro quidem Nouellarum Iustinia-
nearum interpreti videtur g), sed a varietate plurium
rerum, vel quod ex varii generis iuribus inter se com-
mixtis fuerit composita, a Sacratissimo Imperatore
Iustiniano sub tit. *C. de indicta viduitate & Lege Iulia*
Miscella tollenda & in Nou. XXII. cap. 43. & 44. di-
cta fuit.

a) voce *Miscellio.* b) Lib. III. quia omnia, quae apponuntur
de re Rusticâ c. 7. & CATO de eis, misceant & sic manducant,
de re Rust. c. 6. c) p. 26. & *Aera* sed mihi Iuuenalis non de ci-
miscellanea ex variis metallis bis sed ludis loqui videtur. g)
mixta & confusa, ut Corinthia Imperator enim cap. 43. Nou.
erant, de quibus copiose XXII. Ἰούλιος Μισσηλάος πα-
apud Petronium cap. 50. dis- λαϊκὸς νόμος dixit, non νομο-
feritur. d) L. III. de A. A. θέτης, unde mirandum, quod
e) in Caligul. cap. 20. f) Sa- in eundem errorem ex recen-
tyr. XI. ubi vetus interpres no- tioribus IOAN. ROBERTVS
tauit, i. e. ultima coena gladiato- Lib. I. Animadu. c. 2. & IANVS
rum, ideo miscellanea dicta, VIN-

(II)

VINCENTIVS GRAVINA in Orig. iur. ciu. p. 358. prolapsi fuerint. vid. diss. nostra : De conditions, si non nupserit, ul-
mis voluntatibus adiecta §. 20. & celeb. EVERARD. OTTONIS Praef. Tom. I. Theauri Jur. Ciu. praemissa.

IIX.

Nec minus medii & arbitri, qui neutrius scilicet sunt partis, quique lites certantium partium compouunt, hi ICti appellari possunt, eadem ratione, qua Chryfippus apud CICERONEM a), arbiter honorarius, & Iulius Caesar apud SVETONIVM b) medius atque nullius partis fuisse dicitur; vel ut CASSIODORVS c): *Mediis amictis iurgia atque discordias placabiliter finire*, aut QVINCTILIANVS d): *sequesrem & mediam litium manum quendamque interpretem, vel SYMMACHVS e): Promisi media unanimitate tua, si quid inter eos concertationis est, posse finire*, vel Constantinus imperator f): *Inter utramque partem sit index medius*, aut denique CICERO g): *Navigabit utraque (Pompeius) & ad Italiam accedet, in qua nos sedentes, quid erimus? nam medios esse iam non licebit, dixerunt. h)*

Cur medii
hi ICti di-
cti sint?

a) Lib. de fato cap. 17. b) PETRVS PERRENONIVS lib. in Caesare c. 75. c) Variar. III. I. Var. lect. c. 16. g) ad Atticum Lib. X. epist. 8. h) conf. Orat. c. 8. e) Lib. VI. epist. 5. DESIDERIVS HERALDVS L. ibique FRANCISCVS IVRETVS in notis. f) in L. 22. C. quibus index medius μεστωτης, μεστωτης dicatur? docet.

IX.

Sed ne egrediar extra terminos, quos initio profusionis ipse mihi circumdedi, venio ad secundam illius
De origine
secularum
inter ICtos.

B 2



illius partem, in qua de ipsis ICTis, qui Erciscundi, Miscelliones & medii fuerunt, breuiter tractare institueram. Quo autem hoc ordine fiat, ex historiarum monumentis repetendum esse reor, quod, verso in principatum Reipublicae Romanae statu, duo pacis decora, uti a TACITO a) appellantur, & celeberrimi ICTi, ANTISTIVS nimirum LABEO & ATTEIVS CAPITO Romae floruerint, eruditione quidem similes, moribus attem doctrinaque valde dissimiles b). Labeo enim, dum Stoicam affectabat severitatem, ἀπολιτικός plane ac libertatis pristinae strenuus defensor: Capito contra aulae deditus, & principis aurae plus quam vernili adulatione velificabatur. Ille nouator erat atque a sententiis veterum lubenter recedebat c): hic vero iis, quae a maioribus tradita erant, mordicus inhaerebat. Ille honores sibi delatos repudiabat: hic contra illorum appetentissimus erat. Cum itaque uterque ad docendum se dedisset, & partim ex aemulatione, partim ex dissentienti studio contrarias sententias fouisset, quilibet autem suos sectatores & affectas inuenisset, duae diuersae ICTorum familiae atque sectae mox ortae sunt d), dum Labeonis partes Proculus, Capitonis contra Massurius Sabinus sectatus est. Unde frequens in iure nostro diuersarum Scholarum Proculianorum scilicet & Sabinianorum est allegatio.

a) Lib. III. Annal. c. 75. b) STIAN OTTO ABOECKELEN
 Quos diuersos horum ICTorum de Sectis ICTorum cap. 2. COR-
 mores praeter Pomponium in NELIVS ECKIVS in orat. de
 L. 2. §. 47. de orig. iur. EMVN- hisce duobus ICTis a. 1692. Traj.
 DVS MERILLIVS Lib. I. obf. recitata. CHRISTIAN THO-
 e. 3. & Lib. V. cap. 54. CHRIS- MASIVS in comparatione ho-
 rum

rum ICTorum inter progr. n. i. & GOTFR. MASCOV in exercit. inaug. de sectis Sabinianorum & Procul. notarunt. conf. Hist. nostra iuris P. I. cap. 10. §. 24. c) Hinc eius sententiae, quamvis verae, saepenumero non recipiuntur, quod a veterum ICTorum auctoritate recedant. PETRVS FERRENONIVS Lib.

i. Animadu. c. 21. d) diuersarum scholarum seriem, praeter auctores in Historia nostra iuris P. I. c. 10. §. 23. citatos, ANTONIVS AVGVSTINVS L. III. Opin. c. 4. nec non de Nomin. propr. 78. wardénse p. 35. Thef. Iur. Ciu. Tom. I. & PETRVS LAMBECIVS in Prodrom. Hist. litter. p. 232. exhibent.

X.

Quae autem ingeniorum & doctrinae inter Antistium Labeonem & Atteium Capitonem intercessit diuersitas, illa etiam ad illorum sectatores Proculianos scilicet & Sabinianos fuit propagata. Proculiani enim magis a partibus Stoicorum erant: Sabiniani contra diuersas amplectebantur sententias a), unde etiam illi more Stoicorum proportionem Arithmeticam, hi Geometricam sequebantur. Illi multum innouare studebant: hi vero regulis iuris antiqui, quae ex iure ciuili seu interpretatione prudentum fluxerant, licet earum rationem reddere non possent, insistebant b). Illi subtilitatem iuris & strictam disputandi rationem sequebantur: hi contra, quod aequius erat atque benignius aduersus strictam disputandi rationem & verborum subtilitatem probabant c), & qui fuerint alii diuersi harum familiarum mores ac contentiones! Quae diuersarum sectarum controuersiae sub Tiberio, Caligula, Claudio, maxime vero sub Vespasianis, Adriano & Antonino vehementissime sunt agitatae. Qui vero ICTi sub diuisi fratribus & subsecutis imperatoribus florue-

De diuersis Sabinianorum & Proculianorum moribus & sententiis, & quando dissentienti auctus remissus fuerit?

B 3

runt,

runt, sicuti ad Stoicorum placita propius accedebant, ita media inceserunt via, & licet quidam Proculianis, alii Cassianis fuerint propiores, nulli tamen sectae sese manciparunt *d*), sed, ut VLP IANVS *e*) loquitur, non omnia statim admiserunt, neque etiam districte denegarunt, sed, causa cognita, temperarunt *f*).

a) Hinc etiam IULIANVS v. MERILLIVS L. 1. obseruat. Proculianorum sortem in L. 65. c. 20. & 27. *b*) MERILLIVS de R. I. improbat, & ARRIANVS L. 1. c. 3. *c*) idem l. cit. & L. IV. c. fin. nec non ad L. Decif. p. in. 79. & 82. *d*) v. HENR. BRENCRMANN in diss. de Leg. inscription. §. 26. & E. OTTO in Orat. de Iurispr. vet. Ictor. Stoica. *e*) in L. 13. D. de Procurat. *f*) v. CVAICVS ad §. 25. I. de R. Diu.

Hae sunt illinc missae leges; haec Edicta, horum interpretem esse oportet, his parere, non Massurii & Sabini praeceptis

XI.

Quinam Icti eriscendi fuerint?

Inter hosce Ictos eriscendos miscelliones & medios merito refero SEXTVM POMPONIVM, sub Antonino Pio clarum *a*) historiaeque iuris Romani fundum. TITVM GAIVM maximi nominis Ictum, cuius Imperator Iustinianus familiariter in exscribendis Institutionibus vsus fuit *b*). AEMILIVM MACRVM celebrem Alexandri Seueri aetate Ictum *c*). TERTVLLIANVM a Q. Septimio Florente Tertulliano ecclesiastico scriptore longe diuersum *d*). CERVIDIVM SCAEVOLAM clarissimum Papiniani praecptorem. AEMILIVM PAPINIANVM Ictorum, qui unquam floruerunt, facile principem. AELIVM MARCIANVM ob nimium Papiniano contradicendi studium clarum *e*). VENVLEIVM SATVRNINVM sub

sub Antonino Caracalla & Alexandro celebrem ICTum f). CLAVDIVM TRYPHONINVM Papiniani condiscipulum atque in Praefectura Praetorio Asfessorem. IVLIVM PAVLLVM omnium ICTorum veterum *πυλωνα Φώτων*. DOMITIVM VLPIANVM Papiniani aemulum & varia eruditione clarum. HERENNIUM MODESTINVM cautionum collectorem atque scriptorem g), & qui fuerint alii ICTi erciscundi & medii! qui omnes, Stoicam sectati; granitatem, media inceserunt via, atque ex dissentientium auctorum opinionibus alteram in his speciebus: alteram in illis, quasi veriore, sibi elegerunt, & in nullius Doctoris sententiam iurarunt.

a) Unde illorum reiicitur sententia, qui illum cum Lampidid inter Alexandri Seueri consiliarios collocat v. REINOLDI orat. de Sexto Pomponio & clariss. EVERARD OTTO in praef. Tom. I. Thef. iur. ciu. praem. b) Quare recte Imperator hunc ICTum suum in §. 6. pr. Institut. & §. 5. l. de Publ. iudic. appellavit v. CHRISTOPH. COLERVS Parerg. c. 12. non vero ex eo, quod Gaius christianus, aut eiusdem cum Iustiniano nationis vel aetatis fuerit, uti quidem ANTON. AVGVSTINVS in praef. ad libr. de Nom. propr. *τὸ πῶνδεις* ANTONIVS VACCA ad pr. Digest. §. 1. HOTTOMANN ad

Pr. Institut. & DONELLVS ad L. I. §. 4. de V. O. crediderunt, quod bene Viri Clariss. OTTO in cit. praef. & WIELING in Iurisprudencia restituta P. I. p. 77. obseruarunt. c) v. L. I. si pend. appell. L. 3. C. de calumniat. diuersus ab Aemilio Macro poeta, Virgilii aequali, obseruante BROVCKHVSIQ ad Tibull. L. II. Eleg. 6. v. l. d) v. praeter auctores in hist. nostra P. I. c. 10. §. 49. cit. CLAVDIVM SALMASIVM ad Spartiani Adrian. c. 1. EVER. OTTO in praef. cit. e) Et diuersum ab Aelio siue Aurel. Marciano Proconsule Baeticae, ad quem Diui Antonini rescriptum in §. 2. I. & L. 2. D. de his qui sunt sui vel alieni

alieni iur. quod contra BER-
TRANDVM, GROTIUM aliosque
Biographos notandum est, qui
diuersas haec personas con-
fundunt; quomodo enim ICTus
noster, qui notus in Papinianum
scripsit, Antonini Pii tempore
florere potuit? f) a Claudio
Saturnino ICTo, qui sub Pio &
diuis fratribus vixit, diuerso;
noster enim sub Antonino Ca-
racalla & Alexandro floruit,
unde etiam horum rescripta ad
illum in L. i. C. de excus. veteran.
& in L. i. C. Quibus non obiiic.
long. temp. &c. occurrunt. alios
Venuleios in Inscript. p. 74. &
48. FABRETTVS collegit. conf.
Viri doctiss. EVER. OTTO in

praefat. T. i. Thef. Iur. Ciu.
praemissa & WIELING in Iu-
risprud. restituta P. i. p. 93. g)
Primum Alexandro a consiliis,
deinde Maximini praeceptor &
tandem Gordiani actate vltimus
ICTus, de quo sequens a. FA-
BRETTVM p. 278. exstat ia-
scriptio:

AELIUS FLORIANVS HE-
RENNIVS MODESTINVS
ET FALTO. RESTITVTIA-
NVS P. P. V. V. controuer-
siam inter magistrus fonta-
neos &c.

conf. HENRICVS BRECK-
MANN in Diatriba de Eurenat.
c. I. & EVERARD. OTTO in
praef. cit.

XII

Quomodo
medieta-
tem secuti
fuerint hi
ICTi?

Supereft, ut etiam ad tertiam prolusionis meae
membrum transeam, ac, quomodo medietatem hi
ICTi erciscundi & miscelliones secuti fuerint? mon-
strem. quod sicuti praecipua huius prolusionis debet
esse portio, ita diuersa ratione illos erciscundos &
medios extitisse, & I. vel mediam inter diuersas fe-
ctas viam elegisse, aut II. ex diuersis sententiis unam
conflasse, vel III. utramque sententiam licet diuer-
sam, probasse, vel IV. partim hanc, partim illam
elegisse, vel V. neutram sine distinctione admisisse,
vel denique VI. alterutram sectarum sententiam im-
peratorum rescriptis confirmasse, certis quibusdam
exemplis, ex ipso iuris nostri corpore desumptis, mihi
commonstrandum erit.

XIII.

XIII.

Sic mediam inter diuersas ICtorum sectas viam elegerunt GAIVS, PAVLLVS & VLPPIANVS in materia de specificatione; ut enim veterum philosophorum quidam materiae, quidam vero formae primas tribuebant a), ita quoque inter ICtos controuersum fuit, materia ne, an species potissimum ad acquirendum dominium valeret? Cum itaque NERVA & PROCVLVS in L. VII. §. *si quis ex aliena D. de Acquir. R. D.* & cum illis Proculeiani, qui aliquid a Stoicis hauserant b), formam esse materia praestantiorē, contenderent, & ideo ei, qui formam addiderat, rem addicerent; SABINVS & CASSIVS contra in lege citata, & cum illis IULIANVS in L. LXI. *de Rei Vindic.* & L. XLIV. §. 2. *de legat. I.* qui etiam Sabinianus fuit c), magis naturalem rationem d) efficere putarent, ut, qui materiae dominus fuisset, idem eius quoque, quod ex materia factum, dominus esset, quia sine materia, quae & substantia seu *ovvia* in L. XIX. §. *fin. de contrabenda emtione* dicitur, nulla species efformari possit. GAIVS in L. VII. §. 7. *D. de A. R. D.* PAVLLVS e) in L. XXIV. *cod.* & L. LXXXIIX. *de leg. III.* nec non VLPPIANVS in L. XLIV. §. 2. *de legat. I.* mediam, quasi erciscundi, secuti sunt viam, atque, utrum species ad sua possit redigi initia nec ne? distinxerunt, & in priori casu domino, in posteriori vero specificanti nouam speciem adiudicarunt. Quorum etiam sententiam imperator IVSTINIANVS comprobauit, cum in §. XXV. *I. de Res. D. & post multas*, ait, *Sabinianorum & Procilianorum ambiguitates placuit media sententia, existi-*

I. Mediam inter diuersas sectarum sententias viam ICti erciscundi elegerunt.

C

man-

mantium, si ea species, ad materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiae dominus fuerit: si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit e).

a) Vt scribit ARISTOTELES Lib. II. *περὶ Φυσικῆς ἀγωγ.*
 b) Stoici enim formam materiae praeferebant, vnde L. SENECA epist. 88. dicit: *Ligna nihil naui conferunt, quamuis non fiat nauis sine lignis; non est inquam, cur aliquid putes eius adiutorio fieri, sine quo non potest fieri.* c) Licet autem IULIANVS ex Sabinianis fuerit, vti IACOBVS CUIACIVS Lib. X. ob. cap. 4. CHRIST. OTTO & BOECKELEN de famil. ICtor. cap. IV. & V. & Clarissim. VVIELING in Iurisprudentia refut. P. 2. pag. 127. recte obseruarunt, nonnunquam tamen Proculo eum etiam adfensisse, ex L. I. §. 14. D. ad L. Falcid. patet, vbi Iulianus a Proculo aduersus Caspium fuit.
 d) Haec enim fuit Sabiniano-

rum naturalis ratio, vt illi debeamus substantiam, vnde aliquid sumimus, vti ACRO vetus scholiastes ad illud HORATII Lib. I. Carm. Od. I. v. 28. Seu rupit teretes Marfus aper plagas Non teretes plagas, sed teretis fune factas; ideo enim ita posuit, quia illi debemus substantiam, vnde sumimus, annotauit. e) De hac controuersia vid. EMVNDVS MERILLIVS L. I. obs. c. 3. 6. & II. IOSEPH. NERIVS L. II. Analect. cap. 22. ANTON. AVGVSTINVS L. I. Emend. c. 6. IACOBVS LABITTVS. In vsu indic. w. c. 4. ANTON. FABER VI. Coniect. 15. LYCLAMA VII. Membran. Eclog. 5. §. 1. & ANTON. SCHVLTING in notis ad Gaium pag. 13. Iurisprudent. Anteiust.

XIV.

Verum Gaius in materia de specificatione exercitandus fuerit, nec ne?
 Adduximus aphorismo antecedenti Gaium medium inter Sabinianos & Proculianos in quaestione, forma ne praestantior sit materia, an materia praestantior forma? Sed dubium mouet EMVNDVS MERILLIVS vir doctissimus²⁾: *Vereor tamen, inquit, ne non aliter Gaius senserit, eumque locum, (scilicet L. VII. §. 7. de*

de A. R. D.) *Tribonianus interpolauerit: nam in fragmentis illis institutionum, quae Gaius tribuuntur, Gaius sententiam Sabinianorum probauit; Et sane Gaius Libro II. Institutionum Tit. 1. §. 5. Sabinianorum castra sequi uideretur. Sed cum Gaius Libro II. Aureorum, ex quo L. vii. citata desumpta est, neque Proculeianus in hac specie, neque Sabinianus, sed mediam amplexus fuerit sententiam, & si species ad materiam reuerti possit, Sabino & Cassio: si non possit reuerti, Neruae & Proculo adfenserit, nec, Gaium a se ipso dissentisse, aut Tribonianum Gaium interpolasse, absque sufficienti ratione dicendum sit: potius Gothicum Gaii interpolatorem id sibi iuris summsse, ut ex circiscundo Icto Gaium Sabinianum facere uoluerit, cum IACOBO OISELIO & HIERONYMO ALEANDRO b) statuimus c).*

a) Lib. I. obs. c. 6. b) in notis ad Gaii Institut. l. c. c) Aliam equidem GOTTFRIED MASCOVIUS de Sectis Sabinianorum & Proculeianorum in iure civili pag. 79. conciliandi rationem, adfert, & Gaium primo Sabini sententiam secutum fuisse, dein, perpensa diligentius re, in libris aureorum mediam sententiam praetulisse, probabiliter conicit; sed quis, Gaii Institutionum libros antiquiores libris Aureorum fuisse, tuto affirmabit, accedit, quod simile Gothicum interpolatoris flagitium sub eodem titulo in

Gaii Institutionib. §. 4. occurrit; nam cum Gaius Lib. II. Aureorum, ex quo L. IX. §. 2. de A. R. D. sumpta est, scripserat: *sed non ut litterae chartis, membranisue cedunt, ita solent picturae tabulis cedere, sed ex diuerso, placuit, tabulas picturae cedere, cuius etiam sententiam Iustinianus §. 34. l. de R. Diuis. comprobauit, ille dicto loco Gaium interpolauit, & Tabulae picturam cedere, contra mentem Gaii scripsit, quod etiam contra MERILLIVM notandum erit, quippe qui in notis ad*

C 2

§. 34.

§. 34. I. de R. D. & L. VIII. nibus, sed Tribonianum verba
 obs. c. 28. non Gothicum inter- Gaii in L. IX. §. 2. cit. interpo-
 polatorem Gaium in Institutio- lasse, scripsit.

XV.

Paulus me-
 dius fuit in
 quaestione:
 Utrum, si
 procurator
 vel colo-
 nus, per
 quem pos-
 sidemus,
 possessione
 decedat,
 possessio a-
 mittatur?

Simili ratione PAVLLVS medius fuit, in quae-
 stione inter diuersas ICTorum familias valde agitata:
 Utrum, si procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel
 seruus, vel quispiam alius, per quem possidemus,
 possessione decedat, possessio amittatur? PROCV-
 LV S enim in L. xxxi. *D. de dolo malo*, cum quis familiae
 meae persuaserit, ut possessione decedat, possessionem
 non amitti, statuebat. SABINVS contra in L. xxxi.
de Acquir. vel A. P. domini possessionem interpellari,
 si colonus eam desereret, vel deserendae possessionis
 causa exiisset de fundo, contendebat, AFRICANVS
 Iuliani discipulus denique in L. xl. eod. non inter-
 pellari possessionem domini, si colonus decesserit,
 aliud vero existimandum, si sponte possessione de-
 cesserit, existimabat. Sed PAVLLVS mediae sen-
 tentiae in L. lll. §. 8. & 9. eod. fuit, & vtrum seruus
 vel colonus, per quos dominus possedit, tantum
 possessione decesserint, an vero alii illam etiam tra-
 diderint? a) distinxit, atque in priori casu secundum
 Proculi sententiam, possessionem non amitti: in
 posteriori vero domini possessionem interpellari,
 pronuntiauit b).

a) Dicitur quidem in §. 9.
 L. 3. cit. *Et si alii tradiderim*,
 sed, legendum ibi esse, *Et si alii*
tradiuerint, sicuti §. 8. dictum
 fuit, *si decesserint vel discesserint*,
 IACOBVS CVIACIVS in Reci-

tat. ad Pauli Librum IV. ad
 Edict. p. m. 28. monuit. b) Quam
 controuerfiam etiam Iustinianus
 in L. f. Cod. de Acquir. & reti-
 nenda possessione attigit, conf.
 EMVNDVS MERILLVS L. 1.
 obseru.

obferu. c. 7. & ad L. Decif. p. 129. inaug. De Sectis Sabin. & Pro- nec non GOTTFR. MASCOV. in Diff. culei. in iure ciuili c. IIX. §. 25.

XVI.

Paullo iungimus VLP IANVM erciscundum inter Celfum & lauolenum circa quaestionem: An area legata illud, quod areae post testamentum factum superpositum est, cum area debeatur, vel neutrum? Cum enim Celfus ex Proculeianis in L. LXXIX. §. 2. D. de legat. III. aream legatam, cui medio tempore aliquid inaedificatum fuit, peti non posse, nisi diruto aedificio, rursus area facta fuerit; lauolenus contra ex Sabinianis in L. XX XIX. D. de legat. II. Si areae legatae, post testamentum factum, aedificium impositum est, vtrumque deberi, & solum & superficium, citra distinctionem 2), vtrum testator vel alius aedificium areae imposuerit, statuerit: Vlpianus more erciscundorum mediam in L. XLIV. §. 4. de legat. I. amplexus est sententiam, deque testatoris voluntate dispiciendum esse putauit, & vtrumque legatario deberi, voluit, nisi eo tempore, cum areae domum imponeret, testator voluntatem suam mutauerit, cuius tamen mutatae voluntatis probatio, quia mutatio non praesumitur, heredi, vt in simili specie Papinianus in L. III. de probat. & PAVLLVS in L. XLIIIX. de iure fisci pronuntiarunt, incumbet.

Vlpianus miscellio fuit in quaestione: An area legata, illud quod areae postea superpositum est, cum area debeatur, vel neutrum?

a) Cum tamen lauolenus monente EMVNDOMERILIO L. IIX. obs. c. 3. distinguere debuisset, vtrum testator, an alius areae aedificium imposuit, nam si alius areae inaedificauit,

nulla est dubitatio, quin illud iure accessionis areae cedat §. 30. l. de Rer. diuis. L. adeo cum quis in suo D. de A. R. D. L. 98. §. arcam De solut. & liberat. fin vero prius, quaestio erit voluntatis,



tatis, dispiciendumque, annon tauerit tollendique legati causa
testator voluntatem suam mu- areae aliquid imposuerit?

XVII.

Pomponius
& Scaeuola
erciscundi
fuerunt.

Pari ratione POMPONIVS & SCAEVOLA in
quaestione: Bonorum parte legata, vtrum rerum
partes an aestimatio debeatur? medii fuerunt. Quum
enim Sabinus & Cassius aestimationem: Proculus
contra & Nerua rerum partes esse legatas, existima-
uerint, Pomponius in Libro V. ad Sabinum, ex quo
L. xxvi. de legat. & fideic. I. desumpta est, & Scaeuola
Libro xv. Digestorum, ex quo L. xxxii. §. 8. de usu,
usufructu &c. est petita, neque Casianorum, neque
Proculianorum probarunt sententiam, sed, velut er-
ciscundi, heredi succurrendum esse, vt scilicet ipse
eligat, siue rerum partes, siue aestimationem dare
maluerit, pronuntiarunt. Nec minus, cum ratione
filiorum, qui a patribus naturalibus aliis in adoptio-
nem dati erant, dubitatio inter ipsos ICtos erciscun-
dos Papinianum scilicet eiusque aemulum Paullum
orta esset, vtrum scilicet eiusmodi filiis adoptiuis
contra patris naturalis testamentum inofficiosi que-
rela competeret? & Papinianus illud negaret, Paullus
autem querelam hanc sine effectu dereliqueret, a)
Aelius Martianus, b) vtrum filius ab adoptiuo patre
aliquid accipere possit, nec ne? distinxit, c) & in
priori casu querelam hanc negauit, in posteriori vero
concessit.

a) Sine dubio in notis, quas
ad Papinianum conscripsit, &
ex quibus quidam textus in Di-
gesta sunt relati, vid. Clarissimi
VVELINGII Iurispudentia re-

stituta Part. I. p. 119. b) V. ME-
RILLVS III. Obs. c. 35. & ad L.
Decif. pag. 41. c) vti etiam Im-
perator Iustinianus in L. penult.
C. de adoption. distinxit.

XIIX.

XIII.

Exempla itaque dedimus, qua ratione mediam II. Erciscundi ICti ex diuersis sententiis unam confluunt. erciscundi illi ICti inter diuersas scholas viam elegerint, nunc etiam videndum, quomodo ex diuersis sententiis vnā conflauerint, cuius exemplum in pr. I. *Quibus modis tut. finitur*, reperitur. Cū enim inter veteres, referente QVINTILIANO, a) non constaret, annis an habitu aestimanda sit pubertas? & Proculiani, Stoicorum secuti placita b), viri potentiam ex annis aestimarent: Sabini contra rem κατὰ τὴν φύσιν cernerent, & ex habitu corporis, siue per inspectionem habitudinis corporis, vt id Institutiones Iustinianae efferunt, illam definirent c); Priscus ICtus, siue Neratius siue Iauolenus, vtrique enim hoc cognomen fuit, quasi conciliaturus vtramque sententiam, ex diuersis harum sectarum opinionibus vnā conflauit, eumque impuberem esse, in quem vtrumque concurrat, & habitus corporis & numerus annorum, dixit, cuius etiam sententiam plurimum valuisse, partim ex loco SERVII ad Virgiliti Eclog. IIIX. v. 39. & 40. d) vbi ad illa

Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus

Iam fragiles poteram a terra contingere ramos,

ita notat, id est, *tertius decimus, alter enim de duobus dicimus, & vult significare, iam se vicinum fuisse pubertati, quod de duodecimo anno procedere non potest, bene cum annis iungit habitum corporis: nam in iure pubertas ex vtroque colligitur; partim etiam ex pr. I. *Quib. mod. tut. finitur*, intelligitur, vbi Imperator mediam Prisci sententiam e) tantum recenset, licet Proculianorum senten-*

sententiam in L. f. C. *Quando Tut. & Curat. esse desin.* magis approbasse videatur.

a) *Lib. IV. Instit. Orat. c. 2.* eandem diffensionem ISIDORVS L. II. *Orig. 2.* & VLPIANVS in fragm. tit. XI. §. 28. attingerunt. b) Sicuti HIPPOCRATES *lib. de carnib.* & GALENVVS L. III. *Comment. in Aphorismos Hippocr. aphor. 38.* eam aetatem perfectam esse dicebant, quae ex duobus septenariis numeris constaret, ita Stoici doctrinam Hippocratis quoque secuti sunt, & aetatem perfectam ex annis, & quidem duobus septenariis diiudicant. Sic PLVTARCHVS L. V. *de placitis philos.* cap. 24. *Heracritus & Stoici aiebant, inquit, homines incipere perfici circa secundum septenarium, circa quod seminale seceraturur secerum,* vel vt MACROBIVS L. I. in *Somn. Scip. c. 6.* dicit, moueri incipit vis generationis in masculis, in foeminis vero purgatio, adeoque tutelam XIV anno fieri, statuerunt, vid. SENECA *Consolat. ad Marciam* cap. 24. TERTVLLIANVS *Lib. de anima c. 38.* & de veland. virgin. c. II. EMVNDVS MERILLIVS *Lib. I. obseruat. c. 3, 14, & 22.* & *Lib. III. cap. 29.* BYNCKERSHOEK. *Lib. III. Obseruat. cap. 24.* ANTON. SCHVLTING. *in Iurisprud. Anteiust.* p. 33. c) Quam Sabinianorum sententiam etiam Pontifex in cap. *puberes X. de spons. impub.* approbare videtur. d) Similia SERVIVS ad Virgil. VII. *Aeneid, v. 53.* iam matura virgo, iam plenis nubilis annis, habet, vbi ita commentatur: *Non est iteratum, sed secundum ius dictum, in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis aetas comprobatur.* e) vbi Amplif. BYNCKERSHOECK L. III. *obseru. c. 24.* pro veteres quidem legit veteres quidam, quia non omnes, sed quidam tantum nimirum Iuolenus hanc mediani sententiam secutus est.

XIX.

Verumvana
sic Iustiniani
gloriatio

Quum itaque iam longa ante Imperatorem Iustinianum aetate Proculiciani pubertatis terminos fixe-

fixerint, non abs re quaeri posset, an non antiquitatis Tribonianus prodiderit ignorantiam, quod inuenti pubertatis termini gloriam Imperatori suo in pr. I. *Quibus mod. tut. finitur.* tribuerit? Licet autem negandum non sit, iam ante Iustinianum quosdam pubertatis annos definiisse, vt ex MACROBIO, a) TERTVL- LIANO, b) VLPIANO c), aliisque satis constat: tamen, cum inter illos, doctentibus QVINTILIANO d) & VLPIA- NO e), non constiterit, vtrum ex annis, an habitu corporis, an vero ex vtroque diiudicanda sit puber- tas? & non tantum in iure nostro auctor alicuius rei is dicatur, qui aliquid adinuenit, sed etiam, qui illud in melius reformauit, controuersiae alicuius finem imposuit, & ex incerto ius certum effecit, monente viro doctissimo IOAN. WATERO f), Tribonianum hoc loco non ineptiisse, sed recte Imperatori huius iuris constitutionem tribuisse, contra viros alias doctissimos IANVM A COSTA, g) IACOBVM OISE- LIVM h) aliosque tuto asserimus.

qua sibi in-
uentos pu-
bertatis ter-
minos tri-
buit?

a) Lib. VII. Saturn. c. 7. & Lib. I. in Somnium Scipion. c. 6.
b) Libr. de anima cap. 33. & de Veland. Virgin. cap. 11. c) in fragment. Tit. XI. §. 28. d) L. IV. Instit. Orat. c. 2. e) loc. cit. conf. MERILLIVS Lib. V. obseruat. cap. 16. f) in praefat. Institut. Traiecti 1714. 4. edit. praemissa. Qua ratione etiam CUIACIVS L. 8. obseruat. c. 16. RAD. FORNERIVS Lib. I. Rer. Quotid. cap. 17. & HIERON.

d' OROZ de apicib. Iur. L. 5. cap. 7. Tribonianum excusa- runt. vid. Histor. nostra Iuris Rom. Germanici P. II. c. 1. §. 30. g) in notis ad pr. I. Quib. mod. tut. finitur. h) in notis ad Ga- ium apud Schulting. in Iurispr. Anteiustlin. pag. 33. In eadem quidem sententia V. C. IOAN. GOTTLIEB HEINECCIUS fuit in Syntagm. Antiquitat. ad Tit. I. Quib. mod. tutela finitur §. 2. sed dein sententiam suam

XXX

D in

in noua editione, nec non in & Papiam Poppaeam pag. 181.
 Commentario ad Legem Iul. mutauit.

XX.

Qua ratio-
 ne III. erci-
 scundi ut-
 tramque
 sententiam,
 licet diuer-
 sam, proba-
 uerint?

Posteaquam itaque, quomodo ex duabus sententiis
 nostri Erciscundi vnā conlarint, cognouimus;
 nunc illos etiam vtramque, licet diuersam, nonnun-
 quam approbasse, si probabiles vtrinque rationes
 viderent, monitrandum erit. Ita in quaestione:
*Legatis sub conditione relictis, quomodo Falcidia sit de-
 trahenda?* PROCVLVS in L. XLV. §. 1. ad L. Falcid.
 tantum esse in legato, quanti venire possunt, adeo-
 que deductionem sic fieri posse, vt tantum inde vi-
 deatur deberi, quanti nomen venire possit, existima-
 bat: Alii contra a) in L. xxxi. eod. quia Proculi
 aestimatio & heredi & legatariis damnosa esse posset,
 cautionibus rem expediri debere, contendebant.
 Sed GAIVS vtriusque scholae sententiam in L. LXXIII.
 §. 1. eod. probauit, & Proculianorum, qui aestimatio-
 nem legati suadebant: & Sabinianorum, qui, cautio-
 nibus rem expediendam esse, censebant, cum ait:
*Sed hoc iure vrimur, vt quanti ea spes obligationis venire
 possit, tantum stipulatoris quidem bonis accedere videat-
 ur: promissoris vero decedere, aut cautionibus res expli-
 cari potest, vt duorum alterum fiat; aut ita ratio habeat-
 ur, tanquam pure debeatur, aut ita, tanquam nihil de-
 beatur. Deinde heredes & legatarii inter se caueant, vt,
 existente conditione, aut heres reddat, quanto minus sol-
 uerit: aut legatarii restituant, quanto plus consecuti sint.*

a) Sine dubio Cassiani, quia
 Pomponius ad Cassii & veterum
 opinionem in L. 31. cit. prouo-
 cat, quorum etiam sententiam

Paullus in L. 45. cit. approbare
 videtur, conf. EMVNDVS ME-
 RILLIVS L. I. O. C. 6.

XXI.

XXI.

Gaio iungimus excelsi ingenii virum PAPI-
 NVM in difficili quaestione, quando committatur
 stipulatio poenalis, si quid stipulatum fuerit, dari aut
 fieri, & nisi daretur aut fieret, certa summa poenae
 nomine praestari debeat? Cum enim Pegasus, qui
 tanta scholae Proculianae dogmata profecutus est
 fama, vt, qui eum secuti sunt, Pegasiani dicti fue-
 rint, in specie, si quis stipuletur; *si Pamphilum non de-
 deris, centum dare spondes?* non aliter committi stipu-
 lationem, poenaeque locum esse, quam si Pamphilus
 definat dari posse, existimaret; Sabinus contra di-
 uersae scholae auctor ab eo dissentiret, & stipulatio-
 nem committi statim atque promiserit, nec ex-
 pectandam Pamphili mortem esse, si modo & pro-
 missor interpellatus fuerit, contenderet. PAPI-
 NVS, velut eriscundus, vtramque in L. CXV. §. 2. D.
 de V. O. probavit, & suo casu veram esse dixit sen-
 tentiam, Pegasi nimirum, qui, non committi ante
 mortem Pamphili stipulationem, statuebat, & Sabinus,
 qui, viuo etiam Pamphilo illam committi, putabat,
 illudque exemplo penoris confirmabat; & quidem
 illius, si stipulatio incipiat a conditione, hoc modo:
Si Pamphilum non dederis, tantum dare spondes? huius
 vero, si ita concepta sit stipulatio: *Pamphilum dare
 spondes? si non dederis, tantum dari spondes?*

a) vid. IACOB. CUIACIVS Notionum Papiniani p.m. 50. edit.
 in recitationibus ad Lib. II. Quae. Francofurt.

XXII.

Nec minus PAVLLVS ita medius fuit, vt vtram-
 que saepius pro diuersitate circumstantiarum dis-

Papinianus
 & Proculus
 & Sabinus
 sententiam;
 in L. XV.
 §. 2. de V.
 O. proba-
 uit.

Paulus u-
 tramque
 sententiam;

licet diuer-
sam, in L.
XL. D. de
heredit. pe-
tis. proba-
uit.

sententiarum familiarum probaret sententiam. offert se primum L. XL. D. de Heredit. pet. quae ex libro eius XX. ad Edictum est desumpta, ubi sequens a Paulo ventilatur quaestio: vtrum possessor, hereditatis petitione conuentus, re sine dolo vel culpa eius post acceptum iudicium perempta, condemnandus sit actori ad id, quod huic interest? in qua quaestione, cum Proculus in specialibus petitionibus, v. g. Rei vindicatione, & actione ad exhibendum, quae praeparatoria est actionis in rem specialis, illam veram esse diceret, a) si talis res perierit, quae facile, si restituta fuisset, distrahi a petitore potuisset: Cassius autem contra sentiret, & iniquum esse putaret, possessorem eius rei damnari, quae post litis contestationem sine dolo malo eius periisset, idque indistincte: Imperator denique Hadrianus hanc controuersiam generaliter sic definiisset, vt post acceptum iudicium id actori praestetur, quod habiturus esset, si eo tempore, quo petit, restituta esset hereditas, Paullus ita medium se interposuit, vt Cassii sententiam in bonae fidei possessore, Proculi autem in praedonis persona comprobaret, *neque enim, ait, debet bonae fidei possessor aut mortalitatem praestare, aut propter metum huius periculi temere indefensum ius suum relinquere b).*

a) Cuius etiam sententiam
VLPPIANVS in L. 15. §. f. D. de
R. V. & PAULLVS in L. 12.
§. 4. ad exhib. comprobarunt.
b) Conf. de hac controuersia
IACOBVS CUIACIUS in Reci-
tat. ad Paulli libros ad Edictum

pag. m. 301. EMVNDVS ME-
RILLIUS L. IV. cap. 38. GE-
ORG. CONR. CRVSIVS in Dia-
trib. ad L. 40. D. de hered. instit.
cap. 12. in f. & Dn. MASCOV.
in Disp. cit. p. 12. b) in cit. L. 40.
D. de hered. petit.

XXIII.

Porro PAVLLVS ita ereiscundus fuit, vt vtramque probaret sententiam in quaestione: Vtrum colono, si fructus pendentes furto subrepti essent, furti actio detur? sicuti enim inter diuersas ICTorum scholas, an etiam ei, cuius interest, ne furtum committatur, furti actio competeret? plane non conueniebat; a) ita etiam in controuerso iure erat, vtrum colono danda sit furti actio? Sabinus dabat colono furti actionem b), vti Paullus & Vlpianus in libris ad eum, ex quibus L. xiv. §. 2. & L. xxvi. §. 1. de furtis desumptae sunt, referunt: Labeo contra in Libris Posteriorum a lauoleno epitomatorum, c) vnde L. LX. §. 5. locati petita est, soli domino furti actionem dabat, d) non colono; sed Paullus, mediam secutus sententiam, non tantum domino, sed etiam colono, quippe cuius etiam intererat, rem persequi, furti actionem dandam esse in libris sententiarum, & quidem Libro II. cap. xxxi. §. 30. ex quo L. lxxxii. §. 1. de furt. hausta est, statuebat.

Aliud exemplum recensetur, quo Paullus ita medius fuit, ut vtramque probaret sententiam.

a) Ita Sabinus dat furti actionem fulloni, si vestimentum, quod poliendum fullo acceperat, ei surreptum sit L. 12. pr. & L. 48. §. si ego D. de furt. Labeo contra dat actionem furti domino, non fulloni, L. eum in plures §. vestimenta D. locati; ceteras circa hanc rem controuersas, inter diuersas scholas valde agitatae, EMVNDVS MERILLIVS in expos. ad L. Decif.

p. 33. recenset. b) Cum quo etiam Gaius in L. 6. D. locat. faciebat. c) Vtrum vero hilibri Labeonis Posteriorum iudem sint cum libris epitomatorum lauoleni? inter ICTos non conuenit; EMVNDVS enim MERILLIVS Lib. V. Obseru. c. 38. hoc negat, GILBERTVS vero REGIVS L. I. Enantioph. c. 25. affirmat, sed MERILLII sententia testimonio GELLII iuuatur,

D 3

tur, quippe qui Lib. XIII. c. 10. Labeonis Posteriorum libros post huius mortem editos esse, testatur. a) Cuius etiam sententiam Vlpianus in L. 50. & 52. §. 8. D. de furt. si conferatur cum L. 50. & 52. §. 11. eod. refert.

XXIV.

Vlpianus
utramque
diuersarum
scholarum
probauit
sententiam.

Simili ratione VLPIANVS medius fuit, vt vtramque probaret sententiam, in quaestione, inter diuersas ICTORUM scholas agitata: Re mortis causa donata, & sic tradita, vt iam nunc haberet, cui donatum est, si existeret casus, quo reuocaretur, quaenam donatori ad reuocandam donationem actio competeret? Cum enim Cassiani non dubitarent, quin donator illam conditione causa data, causa non secuta repetere possit L. xxxv. §. 3. D. de Donat. mort. caus. quos etiam AFRICANVS in L. xxiii. eod. & PAVLLVS in L. xxxv. §. 3. cit. sequuti videntur: Proculeiani contra eiusmodi donationem pro legato haberent, cuius dominium, nisi morte donantis, in donatarium non transferretur, adeoque donatori in rem actionem darent, quorum etiam sententiam defendi posse, VLPIANVS in L. xxix. eod. dixit; idem VLPIANVS in L. xxx. eod. more Erciscundorum, vtramque probauit sententiam, & concurrere hic conditionem & vtilem in rem actionem, statuit a). Aliud exemplum, quo VLPIANVS ita medium se gessit, vt vtramque probaret sententiam, in L. xlix. D. de hered. petit. occurrit.

a) Conf. GOTTFR. MASCOV. in dissert. de Sectis Sabinian. & Proculeianor. in iure Romano. cap. 4. cap. 8. §. 12. & BALTHASAR BRANCHV in obseruat. ad Ius Roman. cap. 4.

XXV.

Quod ICti nostri Erciscundi vtramque licet diuerfam saepius probauerint sententiam, variis exemplis commonstrauimus, nunc enim IV. Quomodo partim hanc partim illam diuersarum scholarum sententiam comprobauerint? videbimus. Exemplum huius medietatis in L. xv. §. 32. D. de damno infecto occurrit; Sicuti enim Praetor de damno praecauendo varia edixerat; ita etiam eius Edictum in L. vii. pr. eod. occurrit, cuius parte cauetur, vt vicinus, si damnum ex opere eius facto vereamur, non solum cautionem praestare, sed etiam damnum, post praestitam cautionem datum, quanti illud est, si modice aestimetur, refarcire deberet L. xv. §. i. L. xxix. eodem. Cum vero, ex quo tempore damni ratio habenda sit, vtrum ex quo in possessionem ventum est: an vero, ex quo Praetor decreuit, vt eatur in possessionem? inter diuersas scholas non conueniret, & Labeo ex eo tempore, ex quo decretum est, Sabinus contra: ex quo ventum est in possessionem, damni rationem habendam esse, contenderent; **VLPIANVS**, medius inter hasce diuersas sententias, causa cognita, modo hanc, modo illam sententiam probandam, statuit; quia plerumque etiam ei subuenitur, qui, missus in possessionem, aliqua ex causa aut non, aut tardius venit in possessionem.

Quomodo IV. ICti Erciscundi partim hanc, partim illam sententiam probauerint?

XXVI.

Nec minus ICti nostri ita medietatem inter diuersas scholas secuti sunt, vt neutram sententiam sine distinctione admiserint; Cum enim antiquissimum

Quomodo V. Miscelliones hi ICti neutram sen-

tentiam si-
ne distin-
ctione ad-
miserint?

num illud beneficium, maritis a Romanis tribu-
tum, vt in id tantum, quod facere possunt, dotis
nomine condemnarentur, recentioribus tempo-
ribus ad foceros etiam productum esset; L. xv.
§. fin. D. *de re iudic.* quaesitum fuit inter veteres
iuris auctores: vtrum, quod in repetitione dotis
receptum erat, in petitione quoque locum haberet,
& idem honor focero habendus sit, si a marito ille
ex promissione conueniatur? Neratius enim in
libris Membranarum *a)*, & Proculus hoc iustum ae-
quumque pronunciabant L. xxvii. D. *solut. matrim.* & c.
quia parentis locum focer obtinet, vt Pomponius
in L. xvi. D. *eod.* loquitur, Labeo contra Libro vi.
Pithanov *b)*, ex quo L. *pen. D. de iure dot. defunta est*,
indistincte, quoties de dote promissa exsoluenda
ageretur, promissorem in solidum damnandum
esse, contendebat: sed posteriores Icti, velut er-
ciscundi & mediam sequentes, neutram sententiam
sine distinctione admiserunt, &, reiecta Labeonis
sententia, Neratii & Proculi admiserunt, si manente
matrimonio dos a focero peteretur, quae fuit Pom-
ponii in L. xxii. D. *de re iudic.* & Paulli in L.
lxxxiv. *eod.* sin autem soluto matrimonio finita-
que affinitate focer conueniretur, probata & tempe-
rata Labeonis sententia, in solidum eum damnan-
dum esse, maxime tamen habita ratione causae &
personae, statuerunt, in qua sententia Paullus in L.
xxi. D. *de re iudic.* *c)* & in L. lxxxiv. *de iure dot.* fuit.

a) Qui exinde libri Mem-
branarum dicti videntur, quia
Neratius ea, quae allidua
lectione quotidie collegerat,
& in aduersaria retulerat, de-
inceps accuratius in membra-
nas

nas transcribere solitus fuerit. vid. **TURNEBVS** L. VII. **Aduers.** cap. 10. & **CHRISTOPH. COLERVS** Parerg. cap. XXIII. **b)** ad quorum imitationem **LVDovicvm CHARONDAM** IIX. **Libros Peithanay** siue verisimilium scripsisse, ipse in praefatione, hisce libris praemissa, testatur. **c)** Ne autem antinomia inter

l. c. ubi **Paullus** scribit: *quod & id aequum esse videtur, sed alio iure utimur, ut & Neratius scribit,* & L. 17. solut. matrimonio oriatur: **PETRVS BVRGIVS** c. 17. Electorum verba traiccta, & in L. 21. legendum esse: *Quod & id aequum esse, videtur, ut & Neratius scribit. Sed alio iure utimur, censet.*

XXVII.

Denique etiam **ICTI** nostri ita **Erciscundos** sese gesserunt, vt alterutram sectarum sententiam rescriptis principum confirmarent. Sicuti enim **ICTorum** sententiae priuatae sunt, constitutiones principum publicae, adeoque illae, quibus principum accessit auctoritas, merito aliis sunt praeferendae, secundum **PLINIVM**, quando ad **Traianum** sic scribit *a)*: *Quae sunt ab aliis instituta; licet sapienter indulta, breuia tamen & infirma sunt, nisi illis tua contingat auctoritas, ita ICTI nostri, si litis finem inter se ipsi non reperirent, ad principem controuersiae decisionem referebant, eamque sententiam, quam principes suo rescripto confirmassent, magis probabant b)*. Ita **Proculicianorum** sententia aduersus **Sabinianos** probata fuit, quod eam principes admisissent, *§. item pretium Instituit, de emt. & vend. & L. pen. C. de rer. permut.* Huc pertinent formulae in iure nostro: *Varie tractatum est apud Hermogenianum in L. IV. de Captiu. & postlim. Post magnas varietates obtinuit apud eundem in L. fin. pro legato. Sed iam decisa est quaestio apud Vlpianum in L. IV. de Lege Commiss. constitutum est apud eundem in L. III. de Minoribus.* **Quamuis enim contra sit**

VI. Alterutram sectarum sententiam rescriptis principum probarunt.

E apud

apud Celsum & alios plerosque relatum, tamen D. Pins, itemque DD. Fratres sic rescripserunt apud eundem Vlpianum in L. XII. de Tutor. & Curat. datis &c. c)

a) Lib. X. epist. 109. b) MEOTTO a BOECKELEN de dirillius Lib. I. observationum uersf. fam. vet. Ictor. cap. 5. cap. 5. c) vid. CHRISTIAN

XXIIX.

Paullus in L. 49. ad L. Falcid. alterutram sententiam rescripto principis probauit,

Fuit autem ita eriscundus, ut alterutram sententiarum sententiam rescripto principis confirmaret, PAULLVS Ictus in L. XLIX. ad L. Falcidiam, quae defumta est ex Libro XII. ad Plautium a), & quidem in specie: Si seruo legato fundus legatus sit, & Falcidia interueniat, quomodo in utroque legato ratio eius ineunda sit? Cum enim Attilicinus, Nerua, Sabinus pro duplici Falcidiae detractione starent, & primo in seruo Falcidiae rationem habendam, ut intelligatur, quota eius portio Falcidiae nomine ad heredem spectare debeat, eamque partem in fundo legato inutilem esse, deinde ex reliquis fundi partibus etiam Falcidiae portionem detrahendam esse, contenderent; Cassius autem, in seruo quidem quaerendam Falcidiam, consentiret, de fundo autem nihil Falcidiae nomine diminuendum, contra Sabinum magistrum & antecessorem suum, quem tamen pro obseruantia sua non nominat, defenderet, quia eo ipso, quo heres a seruo legato quartam Falcidiam detrahit, seruus communis fieri incipit, heredis scilicet & legatarii, communi vero seruo cum legato sit, totum ad socium pertineat §. fin. I. de stipulat. seru. quia in eius solius persona legatum consistere possit: Paullus eriscundus Cassii sententiam probauit, eamque rescripto Diui Pii hunc in modum con-

confirmavit: *Cassii sententia videtur: nam Et Diuus Pius rescriptis, seruo communi fideicommissum datum, totum ad socium pertinere b).*

a) Sicuti Icti aliorum libros supplere, illustrare, illisque aliquid, nonnunquam etiam reprehendendi animo, addere solebant; ita cogniti sunt in iure nostro libri Iauolenti ex Cassio, Iuliani ex Minucio Natali, Masfurii Sabini ad Vitellium, Vlpiani Marcelli ad Iulianum, Vlpiani ad Vlpium Marcellum, Paulli, Vlpiani & Martiani ad Papinianum, ex quibus varii textus in Digestis reperiuntur; & ex horum numero etiam sunt Paulli libri ad Sabinum & Plautium vnde L. 49. cit. est desumpta v.

ANTON. AVGVSTINVS J. E. mend. 6. IACOVS CVRTIVS II. Coniect. 2. IOSEPHVS NERIVS II. Analect. 22. PETR. FERRENONIUS II. Animad. 6. EMONDVS MERILLIVS in libris ex Cuiacio pag. 153. GVIELM. BEST. in ratione emendandi leges c. 8. & V. A. CORNELIVS BYNCKERSHOECKIVS ad Legem Rhodiam de iactu p. 4. b) add. MARQV. FREHERVS II. Paterg. 15. & DETLEV LANGERBECK in annotat. ad Leges aliquot difficiles c. 34. quae T. II. Thes. Jur. Ciu. p. 336. reperiuntur.

XXIX.

Sic alterutra sectarum sententia rescriptis principum etiam confirmata fuit in doctrina de Emtione & Venditione, & quidem in quaestione: Utrum sine pecunia emtio & venditio dici posset nec ne? sicuti enim Sabinus & Cassius in alia re putabant pretium posse consistere, argumentoque Homeri a) utebantur, qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum sibi comparasse, ait, permutatis quibusdam rebus; Proculiani contra sentiebant, & aliud esse emtionem & venditionem, aliud permutationem aiebant, suamque sententiam aliis versibus Homericis b) confirmabant, ubi Homerus Glaucum cum Diomede arma cum centum boum mutasse, dicit; ita Proculianorum

Alia exempla, quibus alterutra sectarum sententia rescriptis principum confirmata fuit, recensentur.

sententiam Paullus in L. 1. D. de contrab. emt. defendit, quia illam, ut Imperator in §. 2. I. de Emt. & Vend. docet, anteriores principes admiserant. Pari modo, cum aliquando a peritioribus dubitarum esset, an nepos contra tabulas auiti liberti bonorum possessionem petere possit, si cum libertum pater patris, cum annorum viginti quinque esset, capitis accusasset? & Proculus, non esse dandam nepoti bonorum possessionem, putasset, eius sententiam Diui fratres, cum ad libellum Caesidia Longinae rescriberent, confirmarunt, licet deinceps, re plenius tractata, nepotem a bonis auiti liberti non esse excludendum, magis illis, referente Ulpiano in L. xvii. de iure patron. visum fuerit.

a) quod Lib. vii. Iliad. circa fin. reperitur quodque optime PLINIUS L. xxxiii. Histor. Nat. c. 1. & Virgilius L. iii. Georg. vers. 306. explicant:

*Nec minor usus erit, quam
uis Milesia magna
Vellera mutantur, Tirios in-
cocta rubores.*

vbi Virgilius, notante Seruio, verbo *mutare*, pro *emere* vitur. conf. FERANDVS ADDVENSIS L. 1. Explic. ad L. 1. D. de contrab. Emt. b) ex Libr. vi. Iliad. defunctis, quos Theophilus in paraphrasi ad §. 2. I. de Emt. & V. refert.

XXX.

Possent ea, quae a me de ICTis Erciscundis, Miscellionibus & mediis dicta sunt, variis adhuc exemplis, ex veterum ICTorum scriptis in Digestis reliquis, illustrari, possent alia medietatis, ab ipsis obseruatae, genera adduci, possent etiam quinquaginta Sacratissimi Imperatoris Iustiniani Decisiones, ubi quamplurimae eiusmodi erciscundorum ICTorum mediae sententiae, v. g. in L. xiii. & xv. C. de usufructu L. f. C. Per quas pers. cuique acquir. occur-
runt,

runt, in subsidium ad vocari, nisi iam extra terminos Proclusionis Academicae, quos mihi ipse initio circumdedi, egressus essem. Quare lubens illa nunc praetermitto, & hoc tantum moneo, optime iurium cultores facere, si exemplo horum Ictorum, quos in scenam produxi, in nullius Magistri & ICTi verba iurent, sed ex omnium dictis ac scriptis id, quod selectum & aureum est, secundum Lucretium a):

*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant:
Omnia nos itidem decerpimus aurea dicta,
Aurea perpetua semper dignissima vita.*

excerpant, & si discrepantes Ictorum reperiant sententias, cum Iacob Cuiacio b) mox Cassii, mox Proculi sententiam amplectantur, mox ab utroque recedant & erciscundorum sententiam sequantur; Haec enim ratione non tantum ad interiora sacra Themidos facile penetrabunt, sed etiam aequissimi iudices aliquando euadent. Verum laudabile mihi imprimis videtur factum eorum, inquit GEORGIUS CONRADVS CRVSIVS c) ICTus Lugdunensis, qui Erciscundi a quibusdam, ab aliis Miscelliones idcirco appellati sunt, quod ex dissentientium auctorum opinionibus alteram in his speciebus, alteram in illis quasi veriorem sic elegerunt &c. Haec exempla, & veterum Ictorum omnem rationem in respondendo & interpretando iure qui recte imitabitur, is mihi VERVS IVRECONSULTVS videbitur.

a) Lib. III. c. 11. vnde etiam veterum Ictorum quorundam v. g. Gaii libri aurorum dicti sunt, quod extantiores iuris sententias & selecta dicta continent. CHRISTOPHORVS COLERVS Parerg. c. 23. & Cl. 4. BRAHAM WIELING in Iuris. prud. resit. P. I. p. 74. b) Lib. x. Obseru. cap. 4. c) in Diatribe ad L. XL. D. de hered. pet. c. fin. quae T. I. Thef. Iur. Ciu. p. 66t. reperitur.

XXXI. Quod cum adhuc obseruarint Viri Iuenes quidam Nobilissimi, & non tantum solidioris Iuris-prudentiae, sed & omnis eruditionis virtutisque cum laude studiosi, sicque in iuris studium incubuerint, ut illis neque amicus Proculus, neque Cassius, sed magis amica veritas fuerit: publicum huius rei specimen edere, atque quo ipsi, quid valeant humeri, quid ferre recusent, cognoscere, aliis vero, se non pecorum ritu antecedentium gregem sequi, monstrarent, me duce ac praeside difficiliora & maxime controuersa compendii Lauterbachiani capita publicis disputationibus ad examen reuocare, secum constituerunt. Prohibunt itaque mecum Viri Iuuenes clarissimi, suo qui placuit ordine

LVDOV. CHRIST. SCHMID, Saræpontanus.

REINHOLDVS DVLTZ, Regiomontanus.

IO. HEINRIC. MOHR, Petrouilla-Wetterau.

IO. PHILIPPVS TREVNER, Augustanus.

IO. AVGVSTVS WEITZ, Gothanus.

IO. CHRIST. STERNBERG, Goslariensis.

IO. ANDREAS BEER, Saræpontanus.

Praecipuas Iuris nostri controuersias, in illo compendio, occurrentes, publice ac amice ventilaturi. Antequam vero initium huius laboris faciamus, vos ILLUSTRISSIMOS COMITES, vosque generosissimos, generosos atque nobilissimos commilitones, praesertim qui sacris nostris estis initiati, ut vestra gratiosa ac perbeneuola praesentia singulis Saturni diebus ab hora x. ad xii. antemeridiana actus hosce illustriores reddere, dignemini, enixe & ea, qua par est obseruantia, ac humanitate rogatos volumus scribebam Ienae d. xxx. Ian. A. R. S. MDCCLXIX.




Jena, Diss., 1728 (1)



7A-70C





252 376
1728,9


IO. SALOM. BRVNNQVELLI, D.

IVRIVM PROF. PVBL. EXTRAORDINARIJ, COLLEGIORVM
IVRIDICORVM ASSESSORIS, NEC NON CVRIAE
PROV. SAXON. ADV. ORDINARIJ,

PROLVSIO ACADEMICA
DE

ICTIS ERCISCVNDIS
SIVE MISCELLIONIBVS,
QVORVM FRAGMENTA IN DI-
GESTIS SVPERSVNT;

VENTILATIONI
COMPENDII LAVTERBACHIANI
PERMISSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
IN
ACADEMIA IENENSI
PVBLICE INSTITVENDAE
PRAEMISSA.



IENAE, LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI
M DCC XXVIII.